



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XXVII. Limitatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Dyn. l. 22. ff. ad l. Jul. de adulter. ubi exemplum. l. 15. ff. de mortis caus. donat. Francisc. Viv. decis. Neapolit. 30. numer. 2. lib. 1. Matth. Afflict. decis. 288. num. 3. Trentacinq. lib. 3. var. resol. 10. de solut. resol. 2. Matth. Stephan. de jurisdict. cap. 7. num. 395. quia à contrario sensu absurdum esset, si non diceremus licere, quod plus est, cui non licet, quod minus est. l. relegatorum 7. §. fin. de interd. & releg. l. qui indignus 4. ff. de Senat. l. cui pactus 5. ff. de serv. export. Goedd. 3. conf. Marp. 33. n. 92.

VII.

In dubio præsumitur quis licite & juris sui tendi causa, non autem alterius vexandi causa aliquid facere. Wesenb. 1. conf. 21. num. 37. Bald. in l. item pupilli. n. 4. ff. de rer. divis. Regn. Sixtin. 2. conf. 10. n. 29.

CAP. XXVI.

De Lictoribus.

Axioma I.

Lictorum officium in eo potissimum consistit, ut ministerium præbeant Magistratui, à limo vel licio ita appellati, quia licio transverso, qui Magistratibus ministrabant, cincti erant. Carpz. p. 2. Dec. 112. n. 7. 8.

II.

Lictores nullibi in Jure inter personas infames referuntur, neque infamia facti laborant & male æquiparantur carnificibus Carpz. p. 1. dec. 18. n. 10. seq. & p. 2. dec. 112. n. 6. hinc lictoris viduam ducenti non deneganda receptio in Collegium opificum. dict. Decis. 18. n. 5.

III.

Lictoribus ad apprehendendum vel extrahendum missis vi se opponere facinorosis non licet. Ord. Crim. art. 142. & 150. Theodor. Crim. p. 156. lit. C. n. 57. & lictori resistens vel vim inferens, sciens talem esse, pro facti qualitate graviter plebi debet, etiam ultimo supplicio, si qualitas facti fuerit multum aggravans. Boer. dec. 170. n. 5. Guid. Pap. Dec. 557. Peck. de jure sistend. c. 32. n. 3. imò Lictores reum cum armis resistentem non solum coërcere ac vincum ad carceres rapere, sed etiam, si iste aliter prehendi sine metu gravius vulnerationis aut mortis non potuerit, occidere possunt. Clarus §. sentent. §. ult. q. 28. Gilhaus. arb. jud. Crim. c. 3. p. 1. n. 29. Fachin. Lib. 9. Controv. 73.

CAP. XXVII.

Limitatio.

Axioma I.

Limitatorium dicitur quod in totum jus non corrigit, sed in aliquo tantum ei derogat, Corn. conf. 174. vol. 4. Crot. in l. omnes populi. vers. pro complemento. col. 39. de just. & jur. Cravett. de antiq. temp. p. 4. num. 37. Pantichman. 2. quest. pract. 19. num. 4. Hyppol. Riminald. Inst. de donat. §. 1. num. 543.

II.

Limitata voluntas ultra terminos limitationis non est extendenda. l. operis non 31. ff. de oper. libert. l. 1. §. Julianus 5. ff. de iur. ad. privat. l. fin. C. ne uxor pro marito. l. tutores qui 39. ff. de admin. tut. l. tutorio. C. de negot. gest. l. voluntaria 12. C. de excusat. tut. cap. auditus 15. c. cum olim 18. de præscript. c. manifesta 20. 12. quest. 1. Vult. 2. Conf. Marpurg. 29. n. 162. Goedd. 1. Conf. Marp. 26. num. 219. Innocent. in c. dilectus de Capell. monach. Ratio, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris 16. ff. de acquir. dom. l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. gl. & Dec. in l. ambigus. §. quoties. ff. de Reg. Jur. Menoch. conf. 647. numer. 4. vol. 7. Everard. confil. 135. n. 13. & confil. 165. n. 2. Wesenb. 2. conf. 52. num. 43. Viv. decis. Neapol. 380. n. 21. Cephal. conf. 288. n. 43. vol. 2. Hinc limitatam sententiam limitatam habere executionem, ait Roland, à Valle conf. 100. num. 82. vol. 4. & limitatum pactum limitatum recipere confirmationem nec ultra expressa extendi ex l. jubemus. 21. C. ad SC. Vellej. l. si de certa. 31. C. de transact. probat Goedd. 1. Conf. Marp. 27. num. 193. & limitatam renunciationem ad personas expressas restringi nec ad alias extendi, not. Roman. in l. damni. §. si is qui vicinus. ff. de damn. infect. ex l. si mulier 22. Cod. ad SC. Vellej. l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pact. l. actione 4. C. de transact. cap. unic. de eo qui fin. cap. fecit. Agnat. de feud. pat. 2. f. 49. add. Alex. in l. veteres. col. antepenult. ff. de acquir. poss. Aretin. in l. qui super litis. ff. de acquir. hered. Paris. conf. 12. num. 90. & conf. 32. num. 13. vol. 1. Dec. confil. 319. num. 9. confil. 452. n. 21. & conf. 625. n. 6. Tiber. Decian. respons. 33. n. 46. vol. 1. & respons. 45. num. 11. vol. 2.

III.

Limitatoria causa potentior est correctoria, Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 33. In priori enim locum habere extensionem ex rationis identitate, not. Jason. in l. si constante. num. 73. ff. solut. matrim. & egregie Gammur. in tract. extension. num. 93. cum in correctoria etiam ex majoritate rationis ea denegetur. Jas. in Auth. quas actiones. num. 21. C. de SS. Eccl. Paris. confil. num. 18. lib. 3. Socin. jun. conf. 131. num. 10. lib. 1. Exempla vid. apud Menoch. d. loc. n. 36. & seqq.

CAP. XXVIII.

De Limitibus.

Axioma I.

Pro limitibus sunt flumina, rivi, fossæ, aggeres, montes, valles, lapides insigniti, gezeichnete Steine & solo in fixi, columnæ, arbores signatæ, gemerkte Bäume, die mit einem Creutz oder andern Gemerck gezeichnet. Schneid. in §. 20. Inst. de action. in act. fin. regund. n. 28.

II.

Ad lapides publicos referuntur termini venationum, Jagt- und Forst-Grängen, decimarum, Zehend-Grängen, præfecturarum, Amt-Grängen, Werdenb. de Rebusp. Hanscar. 2. cap. 4.

III.

Limites dioecesium, provinciarum, regnorum & limi